Ep̄la D. Scheurli
ad Charitatem Pirchameram.

Carmen Conradi Celtis ad eandem.
Epistola Pilati ad Tyberium Cesarem.
Epistola Lentuli ad Tyberium Cesarem
Epistola Abgari ad Jesum Saluatorem.
Epistola responsiua ad Abgarum.

Utilitates Misse.

Exemplum Enee Siluij de vendente missam.
Utilitates orationis pro defunctis.
Exemplum pulchrum quod contigit Bononie.
Sequentia dies ire.
Carmen ad diuum Christophorum.

Ad Charitatem de familia Pirckhamer Sanctimonialem ordinis sancte Clare Norinberge professam Conradi Celtis Carmen.

Virgo Romana bñdocta lingua
Virginũ clarũ iubar ꝛ corona
Hoc meũ paruũ rogo fronte leta
Suscipe donum
Quo tue laudes patrie videbis
Et leges quanto niteat decore
Qualis ꝛ Sancti fuerit beata
Vita Sebaldi
O soror nostris merito Camenis
Digna: ꝛ eterno mihi vīcta amore
Charitas lingua mihi dās latina
Candida verba
Teutonis rarũ decus es sub oris
Virgo Rhomāis similis puellis
Quas vl' hispanijs tenuit vl' olim
Gallia claustris
Docta tu doctũ sequeris parentē
Qui fuit Legũ Canonũ et peritus
Presulũ charus ducibusqꝫ nr̄is
Sepe patronus
Docta tu fratrē Vilibaldũ ī vrbe
Norica doctum sequeris pudica
Greca qui claro ingenioqꝫ miscet
Scripta latinis
Nuper in diros cecidi latrones
Aurũ ꝛ argentũ mihi q̄ auferebāt
Et dabant nostro truculenta seui
Verbera tergo
Dulce solamē mihi epistola mox
Virgo reddebas varijs medelis
Que mihi tristes pepulere ꝛ acres
Mente dolores
Hinc tibi grates meritas repēdo
Virgo Germane decus om̄e terre
Charitas nostro recolenda semꝑ
Pectore virgo

Tuis sanctis ꝛ sororũ tuarũ
orationibus me cōmendo

Christo optimo maximo.

¶ Ad Reuerendam et Eruditam matrem Charitatem Pirchameram Nurem. Cenobij diue Clare Abbatem Christophori Schewrli/Studij Bononiensis Sindici Epistola

¶ Sixtum Tucherũ hominẽ librati iudicij ꝛ Juriũ interpretẽ acutissimum/dicere solitũ accepimus reuerenda mater Se in omni vita duos potissimũ viros vidisse/qui claritudine nataliũ et disciplinarum splendore illustrarent. in quis ꝛ nature dotes ꝛ fortune bona cumulatim congesta essent. Joannem Picum Mirandulanum comitem cõcordie/et Joannẽ camerariũ Dalburgiũ/Vangionũ antistitem. Nunc germanicũ illum Jtalicũ. Et me hercules recte ille quidem vt cetera oĩa. Nostris eñ tpibus tam rarenter bona mens bonaqꝫ fortuna: ex quibus duobus clarissimi Philosophie cõditores humanã felicitatẽ metiunt: copulant: qꝫ frequenter glacie media nascuntur viole: de niuibus rose: de pruinis lilia. Ego vͦ qui Doctorem Sixtum emulãdum mihi ꝓposui: ꝛ illius vestigia adoro: dicere audeo: me hucusqꝫ duas tm̃ matronas nouisse/ab ingenio et fortuna dotatas: litteris ꝛ opibꝰ cõspicuas: pudicicia ꝛ forma/quibus alioquin magnũ inter se est bellum/ornatas. quas facile cũ Lelij et Hortensij filiabus et Cornelia grachorum matre conferre possis. Cassandram scilicet fidelem venetam Et Charitatem Pirchamerã Nuremberg. Nam vt illam in presenti silencio preterecã: vtpote suis ꝛ doctorũ monumentis satis superqꝫ celebratam. Tu ex familia Pirchamera orta. apud Nurembergenses antiq̃/patricia/famigerata Jn qua/sicut anno ab hinc quinquagesimo floruit Thomas iuris Pontificij licentiatus et sancti Laurẽtij ꝑpositus. Et post eum Joannes auus ꝛ Joannes pater tuꝰ/ambo diuini et humani iuris doctores cõsultissimi. Jta in ꝑsenti eminet ꝛ tanqꝫ luna inter minores stellas splẽdescit Vilibaldus humanissimus frater tuus pariter iurisperitus: vir grece/ ꝛ latine vehemẽter eruditus. Et belli ꝛ pace clarus/optimus/orator/optimus senator/optimus imperator. Oĩes vͦ Pirchameri viri boni/spectabiles/improborũ inimici et clarissimi iurecõsulti Nam sicut ipsum ius nostrũ ciuile cum sceuolis nasci videbatur vnde etiã cognominatum est sceuolarũ disciplina: Jta dici potest

familie tue peculiare et quodāmodo hereditarium. Verum tu fa-
miliari splendore minime cōtenta/qum videres pulchritudinem
aut tēpore euanescere/aut infirmitate recedere. Voluptatē escam
malorum potentiam libidinū ministram: diuicias magis nequi-
cie q̄ȝ probitatis supellectilem. Et in summa oīa hec externa bo-
na fragilia caduca et possidentiū magis esse q̄ȝ cuiusq̄ȝ: vt in tha-
lari ludo huc atqȝ illuc transeuntia: iudicasti solam virtutem ⁊ vi-
uenti ⁊ mortuo stabilem esse ⁊ firmā possessionē: cetera oīa/pre-
ter quod regnare est/seruire deo/quandam vanitatē/immo vani
tatem vanitatū. Contulisti te exemplo maiorū tuorum ad bonas
litteras voluisti ꝓ lana librū/ꝓ fuso calamū/stilum ꝓ acu tracta-
re: donec supra ingenij muliebris captum ad tm̄ litterarū fastigiū
peruenisti/vt epistolas scribas/et orationes componas/subtiles
elegantes latinas eruditas/et quanq̄ȝ virginali quadā gratia dul
cissimas. tñ etiā mira sentētiarum grauitate refertas. Ceterū qum
doctrina ⁊ religio nodo pulcherrimo inter se copulent᷑ consocien-
turq̄ȝ: tanq̄ȝ bene cōueniant: q̄ȝ bene gemma auro clauditur: ⁊ ro-
se lilijs cōterunt᷑: vitam tuā a puero religioni diue Clare addixisti:
in cuius cenobio/qum ꝓbitatis tue/eruditiōis/virtutum/longo
tēpore specimen dedisses: magno omniū assensu electa es Abbas
Quam dignitatē ita geris/vt relique sacerdotes/ex institutis tuis
viuendi formulā mutuent: Que qum ita essent: qumqȝ audirē pa-
tronū meum/presulem Sixtum/ad te ⁊ suauissimā matertera me-
am Appoloniam Tucheram/que eum apud te magistratū obti-
net: quē apud dictatorem magister equitum: tales subinde mittere
epistolas/quales olim ad Paulam ⁊ Eustochiū diuus Hierony
mus suus: cepi ego quoqȝ iamdudum cogitare: quidnā ad te scri
berem religione tua et me dignum: quo amicicie tue magis atqȝ
magis insinuarer: ⁊ tibi q̄ de me ingenue senti ⁊ magnifice loque
ris gratiā referrem. Occurrerūt mihi autem quedam Epistole nō
Ciceronis/sed ad christi optimi maximi vitam pertinentes. Colle
gi etiā apud ecclesiasticos doctores maxima quedam commoda/
que ex auditione misse ⁊ oratiōe ꝓ defunctis assequimur: que om
nia in vnū libellum redegi: qui vt in iustam magnitudinē excresce
ret: Subnexa sunt nōnulla alia: ab instituto nostro nō aliena/que
vt breui lectione digneris/⁊ boni consulas/te etiā rogo obsecroqȝ
Vale Bononie Calendis Septēbris Anno salutis Sexto supra
millesimumquingentesimumqȝ.

Epistola Pilati quondam Hie-
rosolymorum presidis ad Tyberiū Cesarem de morte Je-
su christi/reperta in antiquissimo Codice.

Pilatus Tyberio Cesari. S.

¶ De Jesu christo/quem tibi plane postremis meis declarauerā nutu tandem populi/acerbum me quasi inuito ⁊ subtimente:suppliciū sumptum est. Uirum hercle ita pium ⁊ seuerum nulla vnq̄ etas habuit:neq; habitū est. Sed mirus extitit ipsius populi conatus:omniumq; scribarū principum ⁊ seniorū cōsensus(suis prophetis/⁊ more nostro Sibillis cōtra p̄monentibus)hunc veritatis legatū crucifigere.signis etiā supra naturā apparentibus dum penderet. Et orbi vniuerso Philosophorum iudicio lapsum minitantibus.vigent illius discipuli opere ⁊ vite continentia magistrū nō mentientes:immo in eius nomine beneficētissimi/nisi ego seditionem populi estuantis exoriri pertimuissem fortasse adhuc nobis ille vir viueret:etsi tue magis dignitatis fide cōpulsus: q̄ voluntate mea adductus. Pro viribus nō restiterim/sanguinem iustum totius accusationis immunem/verum hominū malignitate inique:in eorū tamen/vt scripture interp̄tant̄/exitiū:pati ⁊ venundari. Uale Quinto Calendas Aprilis.

Extat et Epistola Lentuli ad
Cesarem in hunc modum. Lentulus Romanus Judee
preses Tyberio Cesari S.

¶ Apparuit temporibus istis ⁊ adhuc est homo magne virtutis: nominatus Jesus Christus: qui dicit̄ a gentibus ꝓpheta veritatis:quē eius discipuli vocant filiū dei. Suscitans mortuos ⁊ sanās omēs languores. Homo quidem stature mediocris ⁊ spectabilis Uultum habens amabilem:quē intuentes possint diligere et formidare. Capillos habēs coloris nucis auellane premature: ⁊ planos fere vsq; ad aures:ab auribus vero cincinos:crispos aliquantulum et fulgentiores.ab humeris ventilantes:discrimen habens in medio capitis:iuxta morem nazareorū:frontem planam et serenissimam/cum facie sine ruga ⁊ macula aliqua:quā rubor moderatus venustat. Nasi et oris nulla prorsus est rep̄hensio/capillis concolorē:nō longam/sed in medio bifurcatā. Aspectum habens

simplicem ꝛ maturū: oculis glaucis varijs et claris existentibus. In increpatiōe terribilis: in admonitiōe blandus. Hilaris seruata grauitate. q nunq̄ ridere visus est: flere autē sic. In statura corporis protatus ꝛ rectus: manus habēs ꝛ brachia visu delectabilia in colloquio grauis rarus ꝛ modestus. speciosus inter filios hominum.

Hec sola in annalibus Romanorum comperta est.

Est ꝛ Epistola regis Abgari.

quā refert Eusebius Cesariēsis libro primo. ca. 15. et 16. quā quidem Epistolam Eusebius ita se dicit reperisse.

¶ Hec in archiuis publicis Edissene ciuitatis: in qua tunc Abgarus regnauit/ita descripta reperimus in his chartis/que gesta regis Abgari seruata antiquitus cōtinebant Et vt euidens dictorū veritas fiat: ipsa exemplaria epistolarū ex Siriorū lingua translata ponemus.

Abgarus Vchanie filius Toparcha/

Jesu Saluatori bono qui apparuit in locis Hierosolymorum S.

¶ Auditū mihi est et de te: ꝛ de sanitatibus quas facis sine medicamentis: aut herbis: fiant ista p te: ꝛ q verbo tm̄ facis cecos videre ꝛ claudos ambulare: ꝛ leprosos mundas: ꝛ immūdos spiritus ac demones eijcis. Et eos qui longis egritudinibus affligunt curas ꝛ sanas: mortuos quoqȝ suscitas. quibus omibus auditis de te/statui in animo meo vnū esse e duobus. aut quia tu sis deus et descēdis de celo/vt hec facias. aut quia filius dei sis/qui hec facis Propterea ergo scribens rogauerim te: vt digneris vsqȝ ad me fatigari. et egritudinem meā \ qua iamdiu laboro curare. Nam ꝛ illud comperi/q iudei murmurant aduersum te/ꝛ volunt tibi insidiari. Est autē mihi ciuitas parua quidem/sed honesta: que sufficiat vtrisqȝ.

Exemplum rescripti ab Jesu

per Ananiam Cursorem ad Abgarum regem.

¶ Beatus es qui credidisti in me: qum ipse nō videris. Scriptū est enī de me. quia hi qui me vident/non credent in me. ꝛ qui non vident me: ipsi credēt ꝛ viuent. De eo autem q scripsisti ad me/vt

veniam ad te:oportet me omia ,ppter que missus sum hic explere. Et posteaqȝ cõpleuero:recipi me ad eum:a quo missus sum.quum ergo fuero assumptus:mittam tibi aliquẽ ex discipulis meis:vt curet egritudinem tuã:ꝛ vitã tibi atqȝ his qui tecum sunt prestet:ꝛ ciuitati tue.

Erat autem his epistolis adiunctũ etiã hoc lingua Siriorum quod infrascriptũ est

¶ Postea vero qȝ Jesus assumptus est:misit ei Judas/q ꝛ Thomas Thadeum apostolũ vnũ ex septuaginta: qui Abgarum mirumimmodum credentem/perfecte curauit ꝛc̃.

¶ Ceterũ refert Joannes Catholicon post Damascenũ vidẽs Abgarus ꝙ ꝑsentialiter christũ videre non poterat:pictorẽ quendam ad Jesum misit:vt imaginẽ figuraret:ꝛ sic ipsum saltẽ ꝑ imaginem conspiceret:quẽ in facie videre nõ poterat.Sed qum ad eũ pic or venisset:propter nimiũ fulgorem: qui ab eius facie procedebat:in eius faciem clare nequibat intendere:nec eam/vt sibi iussum erat figurare.Quod cernens dñs/vestimẽtũ lineũ ipsius pictoris aspiciens sue faciei imponẽs/sui ipsius imaginẽ eidem impressit: ac desiderãti regi Abgaro destinauit. Hec autẽ imago seu effigies aut Veronica/nunc est Jenue/in quodam venerabili monasterio et ecclesia sancti Bartholomei de Ermineis.

Sequuntur vtilitates Misse. Et primum ait Bernardus.

¶ Missa tante dignitatis est. q si homo totum mundum interim ptransiret: et totam substantiã suã daret in elemosinis: nõ tm̃ pficeret anime/quantũ auditio vnius misse deuota. Potissimũ si homo est sine peccato mortali.

Diuus Hieronymus.

¶ Homines qui in purgatorio torquent/p quibus solet sacerdos in missa orare: aut homines orare tenent infra auditionem misse/nullum tormentum sustinent.

Paulus.

¶ Vna oratio capitis plus valet q̃ oratio omniũ membrorum missa eñ oratio christi est/qui caput nostrum est et nos membra eius sumus.

Beda.

¶ Mulier pregnans deuote missam audiens/si illo die parturierit/sine magno dolore et periculo pariet.

Gregorius et Ambrosius.

¶ Vna missa plus valet in vita/q̃ mille post mortẽ. ad remissionem pene et culpe et etiam omniũ peccatorum plus valet q̃ cetere orationes.

Gregorius.

¶ Pro qualibet missa vnus homo conuertit. et vna anima absoluitur a peccatis. et iustus a via rectitudinis nõ deuiat.

Gregorius.

¶ Pena viuorũ et mortuorũ relaxat dum cantat missa. precipue illorum pro quibus oratur in speciali.

Gregorius.

¶ Audire missam deuote alleuiat animas fideliũ defunctorũ et remittit peccata viuorum.

Chrisostomus.

¶ Tantum valet celebratio misse: quantū mors christi. Sicut eñi mors christi nos redemit a peccatis. Sic celebratio misse ipam devote audiendo/saluat a periculis corporis ⁊ anime.

Gratianus.

¶ Vociferatio facta in ecclesia/resonātiaq₃ missarū ipsarum animarum purgandarū/omne extinguit incendium.

Mattheus.

¶ Qui interest misse deuote: quicquid iustum petit/tunc obtinet.

Diuus Hieronymus.

¶ Absq₃ dubio dabit nobis dn̄s deus illud quod in missa petimus vnde immolata est dei glorificatio. Sanctarū animarum refectio: et humani generis exaltatio. Et sicut sterquiliniū seu stercorum immundicia non inquinat solis radium. Sic sacerdotis vinculum nō maculat corporis christi sacramentum.

Ambrosius.

¶ Quicquid homo in die comedit post auditionē misse/magis proficit ⁊ conuenit nature q̄₃ ante.

Augustinus.

¶ Infra auditionem misse homo nō senescit: nec debilitat̄. Sicut ex ligno vite Adam nō infirmabat̄: nec vita eius breuiabatur.

Augustinus.

¶ Videntibus corpus christi illo die lumen occulorū conseruat̄. Et omnia piuria ignorata/ei remittunt̄. Et illo die subitanea vel mala morte nō moriet̄. Et si casu absq₃ cōmunione decesserit pro cōmunicato habet̄. Et anima ipsius ad infernū non damnabitur.

Augustinus.

¶ Peccator qui interest misse deuote: Si eadem die moriat̄ contritus de criminibus: om̄ia ecclesiastica sacramenta censet̄ obtinuisse

Augustinus.

¶ Si quis deuote audierit missam/nō incidit peccatum mortale et venialia remittuntur ei.

Augustinus.

¶ Omnes passus quos facit homo eundo ad missam/ab angelo scribuntur. Et pro quolibet passu dñs dabit ei bonū premiū.

Augustinus.

¶ In illa hora visionis corporis christi: diabolus exit de corpore cuiuslibet peccatoris: deuote illud aspicientis.

Augustinus.

¶ Celebratio vnius misse tm̄ valet: q̄ztum christi passio.

Augustinus.

¶ Qui vadit ad missam et audierit eam integre ꝛ deuote: nō deficiet sibi ex illo die cibus corporis necessarius.

¶ Hec sunt fere vtilitates quas ex auditiōe misse assequimur/que partim Rome habentur: in cōuentu are celi: quem sanctus Franciscus tuus incolit partim mea cura annexe sunt. Verū. quia exempla magis mouent. referā tibi historiam: ꝛ ad hanc rem ptinētem quam Eneas Siluius qui in pontificatu Pij secundi nomen sibi indidit: in descriptione Europe cōmemorat his verbis.

¶ Fama est q̄z celebris inter Stirienses/nobilem quempiā fuisse cui sepe in animū ceciderat seipsum laqueo suspendere. id egre ferentē ex docto quodam viro remedia petiuisse aduersus eam tentationem. Consiliū datum. propriū vti sacerdotem cōduceret: qui sibi manēti in arce quadam solitario singulis diebus rem diuinā faceret. Paruisse nobilem atq3 in annū ferme cōtinuasse. nulla suspendendi cogitatione interueniente. Postremo rogatū a sacerdote/vt presbytero vicino qui dedicationē ecclesie in proximo monte habiturus esset auxilio esse possit licētiam dedisse/ꝓponentem in animo paulo post sequi et sacris interesse. stetisse diu postea nunc vna nunc altera causa retentum: deniq3 circa meridiem ꝓfectum agresti cuidam in nemore occurrisse/qui rem diuinam in monte peractum esse: populumq3 om̄em abijsse diceret. Contristatum eo nuncio nobilem infelicem se esse dicentē/q; eo die sacrum corpus christi nō vidisset. Agrestem consolari cepisse venditurum: si vellet nobilis emere p̄miū/quod interesse diuinis meruisset. sagūtq3 nobilis petiuisse precij nomine. Venditione facta nobilem nihilomi

nus montem ascendisse atq; orasse in templo. Reversum autē in proxima arbore suspēsum agrestem inuenisse: sed postea diris cogitatiōibus haud quaq; vexatū fuisse. ¶ Quod reliqum est reuerenda mater/tametsi satis cōpertū habeā/te cum vniuerso sacro collegio tuo salutem fideliū defunctoꝝ quotidie precari: quatenus tñ ad eam orationē magis atq; magis incendaris. Et ego meam tibi beniuolentiā ostendā/cōmemorabo aliquas auctoritates doctorum ad p̄sens negociū ptinentes/dein subijciā exemplum nec contemnendum: nec a proposito nostro alienū. Et primum ait

Augustinus.

¶ Ille nimirum sine omi spe celestis patrie morit̃ et salute qui defunctorū animabus nō subuenit/quorū tandem intercessionibus nostrum meritum auget̃ ꝛ crescit.

Gregorius.

¶ Scio q̄ defuncti nos accusabunt in iudicio/qui nō releuantur suffragio auxilioq; nostro.

Origenes.

¶ Conueniētibus nobis in ecclesiam vt animarū celebrant̃ suffragia: earum mox extinguunt̃ incēdia vniuersa: et minuunt̃ in futurum nostra supplicia.

Celestinus Papa.

¶ Tunc enī rite ꝛ veraciter nostrā salutem operamur/quum defunctorū misericorditer felicib[9] elemosinis ꝛ sacrificijs memoramur.

Cassianus.

¶ Sola enī misericordia dei et hominum comes est animarum defunctorum.

Ambrosius.

¶ Omne quod defunctis pietatis impendit̃: ad nostram tandem meritum transmutatur.

Beda.

¶ Indignus erit post hanc vitam omniū fidelium suffragio: qui defunctorum immemor fuit in hoc mundo.

Richardus de S. Victore.

¶ Ipsi qui iam de purgatorio erepti celesti assunt gaudio/miro quodam modo interpellunt pro his qui defunctis subueniunt in hoc seculo.

Aymo super Cantica.

¶ Justo dei iudicio eterne damnationi se subijcit qui defunctorũ immemor q̃ztum ad auxilia suffragiaq; existit.

Hugo de S. Victore.

¶ Post hanc vitam consolatio denegabit ei/qui defunctis in hoc seculo minus suffragatur.

Theodorus.

¶ Finito animarũ purgandarũ supplicio/mox pro salute nostra clamores offerunt deo.

Celestinus.

¶ Misse/elemosine/ieiunia/ꝛ oratio sancta/purgandarũ animarum sola sunt suffragia.

¶ Plura in hanc sententiã cumularem nisi illa tibi eque ac mihi immo magis q̃ mihi nota cõsiderem atq; perspecta. quare exemplum annectam. quod tale est. Anno a natali Christiano secundo supra millesimũ quingẽtesimũq; In ea septimana/que sacꝝ pasca antecedit: quã christiani sanctã appellamus. Bononie in ede diui Dominici visus est per quietẽ beatus Vincentius/cuidam fratri suo/cuius vita ꝛ conuersatio sancta reputabat. monuitq; eum cum p̃fecto suo agere. is tum erat frater Marcus Pelegrinus Veronensis: vt vna cum fratribus sequentiã Dies ire dies illa: finitis Matutinis ter cantaret. Et qum ventũ esset ad eum versiculũ Recordare Jesu bone: illum tertio repeteret. q̄ ob meritũ illius Cantus Christus optimus maximus eo tempore multas animas eorum qui in hac vita p̃dicatorũ fautores fuissent atq; bñfactores ex penis purgatorij extractus erat. addiditq; vt fratres festum suum: quod tum forte instabat/cũ omni solennitate peragerent. quatenus autẽ prior ei maiorẽ fidem adhiberet/iussit illi nescio quid secreti cõicare. Sequenti die in prandio Prior rem fratribus ordi

ne expoſuit. Et illud ſecreti hucuſq; ſoli deo ⁊ ſibi notū fuiſſe affirmauit. quare vt iuſſum erat Sequentia tribus diebus finitis matutinis: que tñ ex ritu in crepuſculo noctis celebrant̄ (me forte preſente) alta voce cantata eſt.

¶ Sequentia autē etſi omibus ⁊ tibi potiſſimū nota ſit / tñ ob maiorem cōmoditatē illam ſubieci Ego Chriſtophorus Scheuerlus

¶ Dies ire dies illa ſaluet ſeculum in fauilla teſte Dauid cum Sibilla. Quātus tremor eſt futurus qñ iudex eſt venturus: cūcta ſtricte diſcuſſurus. Tuba mirū ſparget ſonum ꝑ ſepulchra regionum coget omnes ante thronū. Mors ſtupebit et natura: qum reſurget creatura iudicanti reſponſura. Liber ſcriptus ꝓferet̄: in quo totū continet̄: vnde mūdus iudicet̄. Judex ergo qum ſedebit: quicquid latet apparebit: nil inultū remanebit. Quid ſum miſer tunc dicturus: quem patronam rogaturus: dum vix iuſtus ſit ſecurus. Rex tremēde maieſtatis: qui ſaluādo ſaluas gratis: ſalua me fons pietatis. Recordare Jeſu pie: ꝙ ſum cauſa tue vie: ne me ꝑdas illa die Recordare Jeſu pie: ꝙ ſum cauſa tue vie / ne me ꝑdas illa die. Recordare Jeſu pie: ꝙ ſum cauſa tue vie: ne me perdas illa die. Querens me ſediſti laſſus: redemiſti crucē paſſus: tantus labor non ſit caſſus. Juſte iudex vltionis: dñi fac remiſſionis: ante diē rationis Jngemiſco tanq̄ʒ reus: culpa rubet vultus meus: ſupplicanti parce deus. Qui Mariam abſoluiſti: ⁊ latronē exaudiſti: mihi quoq; ſpem dediſti. Preces mee nō ſunt digne: ſed tu bonus fac benigne: ne ꝑhenni cremer igne. Jnter oues locū preſta: et ab hedis me ſequeſtra: ſtatuens in parte dextra. Confutatis maledictis: flammis acribus addictis: voca me cum benedictis. Oro ſupplex ⁊ acclinis cor contritū quaſi ciuis: gere curā mei finis. Lachrimoſa dies illa: qua reſurget ex fauilla: iudicādus homo reus: huic ergo parce deus. Pie Jeſu dñe dona eis requiem Amen.

Ad diuum Chriſtophorum.

Chriſtophore o diuum grandiſſime vertice maior
Quam fuit ille gigas immenſi corporis athlas
Quāq; ciclops faſtus ſicula Poliphemus inora
Sic animo maiore nites qui corpore preſtas
Olli humeris mundum feſſi terſere gigantes

Et venis herculeos miratur Roma labores
Sed tibi nec domitor mundi nec fama Ciclopum
Equat: vincis cunctos nam teste triumphos
Nam tu orbē dn̄mqꝫ orbis geris optimus heres
Celicolum tantiqꝫ oneris ⁊ letus honoris
Emensor victor pelago ripaqꝫ potitus
Non tibi delicie nec opes aut ardua cordi
Imperio exuto gentili sorde/sed vni
Christicola innixus dn̄o testante probasti
Martyrio inuictus gladio flammisqꝫ tyranni
Pro quo summa data est tibi gloria gratia olympo
Vt correpta leues truculento membra dolore
Plasma quasi trunca dextram gressusqꝫ regebas
Et que cesa diu patria tellure relicta
Aruerat speciemqꝫ haste contiqꝫ ferebat
Fronde noua et pomis viruit mirabile visu
Ergo age languentes defende doloribus artus
Has quicunqꝫ pio referat tibi carmine laudes

¶ Hec habui religiosa ⁊ prestātissima mater que hoc tempore ad te scriberem. que si te boni cōsuluisse audiero/scribam aliqn̄ plura et his forte meliora. Quicquid p̄terea studij in me erit/cōsilij laboris ingenij hoc totū meqꝫ ipsum tibi ac sacro collegio tuo polliceor ac dedico. Tu modo suauissimo patrono meo doctori Sixto Tuchero: ⁊ dn̄o Anthonio eius sapientissimo fratri me vehementer cōmenda/⁊ apud deum pro me intercede. Vale Bononie Calendis Septembris. Anno dn̄i. 1506.

Generoso ⁊ prestantissimo dn̄o

Caspari de Salhausen Misnēsis ecclesie Canonico ⁊ Scholastico Georgius Sibutus Poeta ⁊ Orator laureatus.

Si mea vena viros debet celebrare probatos
In nostris merito sedem tibi pone libellis
Illustres inter dn̄os tua gloria magnum
Fert sincera decus: cuncta virtute refulgens

In te perspicui sublimi in pectore mores
Et decus ⁊ pietas et sacre munera vite
Cernunt: proceres inter tua fama decusq̄
Nostre chartacee mira te laude palestre
Obseruant: forti rector cum principe noster
Te canet in magna dn̄m virtute probatum
Tota catherua tibi magnos. dignetur honores
Ipse tui vates vt viuo nominis auctor

Christophoro Scheurlo Juris vtriusq̄ Doctori: achademie Albiorene Rectori liberalissimo Georgius Sibutus Poeta ⁊ Orator laureatus.

Ex lacio nobis venisti nuper ad Albim
Doctrina insignis: vita preclarus honesta
Moribus argutus: forma vt laudatus iachus
Mox tua cum virtus pollebat cognita nobis
Tota catherua tuas conata est dicere laudes
Post vbi compositos docto de vertice libros
Effusos legi: patriam mirabar et ortus
Ex te quesiui: dixi Nurnberga parentes
Ipsa meos genuit: genuit me norica tellus
Inde nouem crebris latium me viderat annis
Sed me dux fortis Fridericus misit ad Albim
Ecce noui quicq̄: sit opus ne': hoc carmine dignum

Christophoro Scheurlo oratori facūdissimo Rectori Albioreni gymnasij humanissimo. Georgius Sibutus.

In latio quondam germane numina gentis
Et nostras laudes scripsisti pollice diuo
Ergo cum geminum venisti ductus ad Albim
Te notum facies: nostris laudaris in oris
Hoc opus in lucem: duce te: mittetur et orbem
Res bona: nec nostris vnq̄ conspecta sub oris
At tua vena meis pollet celebranda Camenis

Ardens ⁊ dulcis: diues locuples cumulata
In sacram merito matronam munere crescet
Quam laudas: cuius fratrem: tu tollis ad astra
Me petis vt doctos veniam celebrare quirites
Aut quoscunqꝫ alios magno quos cernis amore

Finit Libellus de vtilitate Misse/quē Joannes Weyssenburgius Sacerdos solita diligentia imprimebat Nurenberge Vicesima Januarij Anno Tertiodecimo.

